



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 89. Cæsar belli a se conflati suspicionem amoliri intentus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

xiliis certus fieret. Eidem quoque Dan-Sæcul. XVI.
dino datum est negotium, ut hæc insu- A.C. 1551.
per Imperatori exponeret, quod Ponti-
fex justa in Henricum II. & Octavium
indignatione flagraret, eisque bellum
inferre paratus sit, si Cæsari bene vi-
sum fuerit: probe tamen considerari ro-
gat, an non forte hoc bellum noceat
Concilio, cum ad cunctas illius defini-
tiones prospere perficiendas nil magis,
quam omnium Principum concordia vi-
deatur esse necessaria.

§. LXXXIX.

*Cæsar belli a se conflati suspicionem
amoliri intentus.*

Cum Imperator magis suorum Mini- Thuan. I. 6.
strorum invidiæ, quam proprio com- Sleid. comm.
modo satisfaciendi studio incitatus ar- I. 21. p. 811.
ma parari permisisset, nunc Papam quo-
que bellum percupere cernens pœnitentia
duci cœpit, eoquod prior ipse per
Atrebatensem Antistitem primum a con-
filiis intimis Ministrum belli flamas
accendisset. Attamen cum datam fidem
salvo honore suo revocare haud posset,
Papæ exponi curabat: consultius foret,
quod præprimis Octavio tanquam per-
duelli Vasallo suo bellum indiceret, ac
postea primum ad Cæsarem, tanquam
ad Sedis Apostolicæ Protectorem con-
fuge-



Sæc. XVI. fugeret, atque auxilia ab eo implora-
A.C. 1551. ret; insuper Cæsar non modo suppétias
 ferre pollicebatur, sed etiam Parmam,
 si fors in ipsius potestatē veniret, fini-
 to bello Pontifici reddere, per scriptum
 proprio chirographo firmatum promit-
 tebat. Hac agendi ratione utebatur
 Imperator, ne pacem, quam Gallia-
 rum Rex se adhuc colere dictabat,
 violasse videretur, omnemque de Par-
 ma sibi vendicanda suspicionem a se a-
 moveret: itaque Pontifex hac promis-
 sione sibi abunde cautum ratus se de-
 cipi sinebat, ad hoc bellum ipso etiam
 acrius impellente Joanne Baptista Mon-
 tano Nepote suo, quem Papa Pontificis
 exercitus Ducem constituit, ac Bonon-
 iam ablegavit, Alexandro autem pe-
 ditatum, ac denique Vincentio Nobili
 Sororis suæ Filio Equitatus curam com-
 misit, dato etiam negotio, ut hic in Pi-
 ceno agro ducentos levis armaturæ E-
 quites conscriberet.

§. XC.

*Gallorum copiae in Parmensem urbem
 immisæ.*

Attamen Pontifex ad suscipiendum hoc
 bellum acrius incitabatur accepto
 nuntio, quod Galli jamjam Parmam
 occupassent, atque ab Octavio duo pe-
 ditum